



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaë

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. LV. De Alternativis. adde infra de Electione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

10. n. 1. & quest. 11. num. 4. Robles de Salzedo de repræsent. lib. 2. cap. 16. num. 102. Unum enim altare non debet dis-cooperiri, ut alterum cooperiatur, Anton. de But. consil. 40. in fine. Albert. Brun. de statut. artic. 6. num. 168. Quandoque tamen quis ex persona alterius consequitur damnum, vel lucrum, quod ex sua persona non consequeretur Lap. alleg. 94. num. 6. vers. & licet ex hoc. Veluti in repræsentaliis quia propter injustum factum Prætoris denegantis justitiam proditum est remedium repræsentaleatum. Anchar. de consil. 140. in princip. Et in fidejussore, quia dolus, & mora principalis perpetuat obligationem fidejussoris. Castrensis consil. 52. num. 3. vers. quinnimò, lib. 2. prout illum refert Card. Tusch. d. concl. 313. n. 14.

VIII.

(ALIUD pro alio invito creditore solvi non potest, l. 2. §. mutui datio 1. & ibi gloss. fin. de reb. credit. l. item liberatur 6. §. qui paratus. 1. ff. quibus mod. pign. l. cum a quo 16. cum. l. seq. C. de solut. Cott. in memorab. verbo solvi. Gutier. de juram. confirm. pap. 1. cap. 29. num. 1. & seq. & pract. lib. 1. quest. 146. num. 16. Escobar. de ratiocin. cap. 7. num. 1. Pichard. in disp. de mora. n. 97. Surd. decif. 224. num. 16. Cevall. commun. contra commun. tom. 4. quest. 899. Thom. de Thomasset. reg. 31. Gironda de privilegior. explicat. num. 203. Anton. Monach. Bonon. decif. 35. num. 8. (Carpzov. p. 1. constit. 8. de fin. 1. & p. 2. constit. 29. def. 4.) Limita in paupere non valente solvere in specie, vel pecunia, juxta dispositionem auth. de fidejussor. §. quod autem collat. 11. & auth. hoc nisi debitor. C. de solut. l. si quis argentum 35. §. si autem donator. C. de donation. Capic. decif. 42. num. quinto Joseph. Ludovic. Perus. decif. 64. Ant. Thesaur. decif. 153. num. 3. Baëca de inope debitore cap. 1. num. 46. Gutier. d. c. 29. & d. quest. 146. num. 1. & seq.)

CAP. LV.

De Alternativis. adde infra de Electione.

Axioma I.

In alternativis obligationibus electio est debitoris, l. 10. §. si res in dotem, de jure dot.

cap. in alternativis 70. ubi Peckius de Reg. Jur. in 6. & prolixè Ant. de morat. præscript. cap. 62. Carpzov. p. 2. constit. 29. def. 18. n. 1.

Explicatur hæc regula quod procedat in alternativa debendi vel rerum, non in alternativa exigendi in pluribus foris, hoc enim casu electio creditori competit, Felin. in cap. inter ceteras de rescript. in 6. Hillig. lib. 17. D. E. 19. lit. a.

Limitat hanc regulam Coler. 1. de process. exec. c. 8. num. 36. quod fallat, si una alternativa obligatio sit ad majorem cautelam creditoris adjuncta per l. 6. ubi Bart. num. 2. de pig. act. vid. plures cit. à Carpz. d. loc. n. 2.

2. Fallit in casibus in quibus unum in obligatione est, alterum in solutione, quod memoria dignum notat Everhard. in loc. leg. à natura alternativorum. num. 7. idque exemplis eleganter declarat Dan. Mol. 1. Semestr. cap. 27. conf. 2. 3. de I. Commiss. add. Gug. Lopez. lib. 1. Animad. 20. & aliquot seqq. Tr. 2. disp. 27. th. 3. lit. B.

3. Fallit si actor speciali pacto sibi servavit electionem. Tr. d. loc. lit. C.

4. Si verba ad actorem directa cap. 14. extra de vit. & bon. Cler. ubi Pan. num. 4. Gail. Gail. 2. obs. 84. n. 12.

5. Fallit in pœnis. vid. Dan. Carpz. pag. 4. constit. 47. def. 8. & in pract. crim. p. 3. quest. 133. num. 51.

II.

In alternativa quantitatis vel temporis minus onerosum est in obligatione. l. Si ita stipulatus 109. de V. O. l. semper in obscuris 9. de R. Jur. l. si quid venditor 18. §. 2. de Ed. Ed. l. fin. de prat. stipul.

Ampliatur 1. quod hoc procedat non modo in alternativa totius & partis, velut si quis promittat Stychem aut partem Stychi, l. inter eos 51. pr. & ibi gloss. de fidejuss.

2. Ut procedat si alternativa fiat ex causa favorabilis puta dotis. l. Si pater. 44. §. que debitorem, & ibi gloss. in vers. in dotem, de jure dot.

Limitatur quod hoc tantum procedat in alternativa simplici, non etiam cum mixtura temporum, locorum aut personarum hodie decem aut intra annum viginti, mihi quinque aut Titio decem: Argentorati decem aut Francofurti quindecim dare spondes, nam hic utrumque in obligatione est. Jafon. ad l. si ita stipulatus 12. de Verb. Oblig.

III.

In alternativis sufficit unum esse verum cap. in alternativis 70. de R. Jur. in 6. cap. inter ceteras 4. de rescript. l. 129. vers. at si sic. de V. O. l. 2. de eo quod cert. loc. l. plerumque 10. de Jur. dot.

Limita quod si ponatur inter duas res vel personas resolvatur in conjunctivam, l. 4. C. de V. S. quod & in conditionibus observat Vivius 1. decif. 7. per tot.

2. Ob Favorem dotis in casu l. Gajus Se-

jus 45. ff. solut. matrim. ubi adjectus pro non adjecto habetur.

3. Limita in alternativa subdisjunctiva, ut vocatur à Dd. velut si alicui legem vinum, quod habeo Romæ seu Bononiæ, prout notat Felin. *ad cap. inter ceteras. num. 16. extra de rescript. ubi & duas alias addit limitationes.*

IV.

Alternativa petitio non est admittenda, *l. sed si ita 10. de stipul. serv. l. prator 7. §. quod autem 4. de injur.*

Ratio quia alternatio parit incertitudinem, text. *in cap. fin. de rescript. & ceteri cit. à Gail. 1. O. 62. l. 1. 75. §. 5. de V. O. Felin. in c. 56. extra de prob.*

Plures Exceptiones vid. *ap. Gail. d. O. 62. per tot. Carpov. lib. 2. consil. 109. num. 6. & 7. & sane exempla in jure pasim occurrunt, l. 17. de transact. l. 2. C. de Ed. l. 3. Cod. comm. utriusque. ubi Sichard. vid. omnino Cujac. ad l. 1. C. de furt.*

V.

Alternativa semper poni solet inter æqualia, *l. 1. de reb. dub. Everhard. in loc. ab Alternativ. unde est, quod si ex l. 2. C. de rescind. vend. agatur, aut totam rem aut totum pretium debeat restituere, cum nemo alias tam fatuus emtor futurus esset, ut non supplere mallet defectum justii pretii, Carpovius part. 2. constit. 34. def. 7.*

Ambages v. infra circuitus.

CAP. LVI.

De Ambiguo, Ambiguitate v. infra de Æquivocatione.

Axioma I.

Ingens est copia rerum sine nomine, quas non propriis appellationibus notamus, sed alienis ac commodamus: *fac. l. 25. de leg. 3. l. 96. de R. I. l. 125. de V. S. l. 7. de Supp. leg.* Plures enim res sunt quam verba *l. 4. de præscript. verb.* Sic, verbi causa, pedem dicimus nostrum, & lecti, & veli, & Carminis: & canem dicimus non modo venaticum, sed & sydus, & marinum, quia ergo non sufficimus, ut singulis singula assignemus, quatenus opus est mutuumur, inquit Senec. 2. benef. 34. & sanè pauca erunt vocabula, quæ plura non significant. *vid. Fab. lib. 7. Instit. cap. 9. Gell. 11. c. 12. Meryll. 1. obs. c. 19.*

Hinc est ut eadem vox modo genus modo speciem denotet, ut accidit voci cognationis, pacti, Jurisdictionis, adoptionis, *Bacch. ad §. 1. l. de adopt. & in Comm. ff. eod. num. 2.*

II.

In ambiguis interpretatio contra eum facienda, qui potuit legem apertius dicere *l. 39. de pact. l. 38. §. 18. de V. O.*

Fallit hæc regula (1) in judicialibus. Nam si quis quoad jus ambigua oratione in inten-

tione usus est id, quod auctori prodest accipitur *l. 66. de jud. quod si in facto, libellus tantum rejicitur, & ut clarius proponat officio judicis parti injungitur l. 5. §. ult. de R. V. Gail. 1. O. 66.*

Fallit 2. in ambiguitate legislatoris ubi sententia dicentis spectanda, *l. generaliter. 24. §. 8. ff. de fideicom. lib.*

Fallit 3. Si ea interpretatione actus esset periturus, *l. 80. de V. O.*

Fallit 4. in dotibus ubi in ambiguis pro dote pronunciatur, *l. 85. pr. de R. I. l. in ambiguis 70. de jure dot. l. Cajus 45. sol. mat.*

III.

AMBIGUIS in rebus quod minimum est, sequimur, *l. apud Julianum 39. §. scio. ff. de legatis 1. l. semper in obscuris 9. ff. de regulis juris. cap. in obscuris 30. eod. tit. in 6. Thom. de Thomas. set. in floribus legum. reg. 152. ubi intelligit procedere, quando medium non est, nam illo extante, media via in ambiguis est eligenda, ut tradit Anton. Monach. Florent. decis. 12. num. 23. & Bonon. decis. 19. num. 21. Menoch. de Arbitrar. lib. 1. q. 53. n. 10. & quest. 56. & remed. 5. retin. n. 755. cum seqq. Escobar. de comput. c. 9. num. 6. & 7. Osvald. in Donell. comment. juris civilis, lib. 26. cap. 2. lit. B.*

(Fallit hæc regula in excommunicatione, ubi si ista vox à jure vel homine proferatur, semper major venit. Cujac. ad cap. 10. extra de jud. vid. Barb. de App. in voce Excommunicatio.)

IV.

AMBIGUIS in rebus non debet esse absolutum judicium, *c. habuisse 7. dist. 33.* (Quæ enim certitudo intellectus esse queat, ubi verba ipsa sunt ambigua & inepta: omne nempe ambiguum quocunque modo interveniens impedimentum decisioni solet afferre. *arg. l. unie. ibi si vero aliquod fuerit. C. de Nov. op. Nunc. & quidquid ambiguum est, id inutile est ad controversias tollendas. l. 12. §. 2. C. de AEd. priv.*) Ambiguum autem non dicitur, cum in verbis nulla sit difficultas, *l. ille 25. §. cum in verbis. ff. de legat. 3. Mantici, decis. 309. in fine.*

V.

AMBIGUITAS, vel dubietas in meliorem partem est interpretanda, *c. estote 2. de regul. juris. Franc. Mol. de ritu nupt. lib. 1. comp. 17. n. 2. Aloyf. Ricc. in coll. dec. 1. coll. 220. Farinac. in praxi*